UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

lega viuente alter cæperit vti iuriſdictione: tunc enim poterit ſolus procedere *cap.licet vndique eod.tit.* nam regulariter vno defuncto, aliorum officium expirat, quando ſimpliciter dati ſunt ſine illa clauſula, *quod ſi non omnes &c. cap.vno delegatorum, & ibi gloſ.& DD.eod.tit.de off:deleg:* ſecus ſi cauſa commiſſa fuerit cum dicta clauſula: tunc enim ſi collegę requiſiti declarauerint, quod nequeunt interuenire, poſſunt alij ſoli procedere *iuxta cap.prudentiam eod.tit. & dicunt DD.quos refert Marant.de ordin. Iudic.par.4.diſt.5.num.30.*

9 Quæres, an Ordinarius poſſit punire delegatum, ſi procederet in caſu non comprehenſo in ſua commiſſione? affirmatiuè reſpõdent DD. *apud Ricc:in Prax.for. eccleſ.par.1.reſ.431.* quemadmodum Iudici volenti mandare exequutioni ſententiam nullam impunè poteſt reſiſti *iuxta gloſ: commun.receptam in cap.ex litteris ver:denuncietis irritam de off. deleg.* ſed contrarium videtur decidere *text.in cap.cum contingat de Reſcript.* vbi ordinario nulla tribuitur poteſtas, vt inter delegatos, aut partes de iuriſdictione dijudicet. vnde ad Principem videtur eſſe recurrendum, *vide Bart. in l. ſi quis violauerit in fin.ff.de Rer.diuiſ.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt eſſe iudex vbi agitur de ipſius bonis patrimonialibus, ſed in tali caſu ab vtraque parte eligendi ſunt arbitri.*

2 *Ab huiuſmodi arbitris ad ſummum Pontificem appellatur.*

3 *Valet conſuetudo, vt Epiſcopus committat alteri cauſam propriam.*

4 *Subſiſtente manifeſta, & rationabili cauſa, quæ ſpectet ad dignitatem, & honorem eccleſiæ, poteſt Epiſcopus eſſe iudex in cauſa propria.*

5 *Quãdo Epiſcopus poſſit ſuos ſubditos ad charitatiuum ſubſidiũ ſoluendum cogere.*

6 *Qui teneantur ad charitatiuum ſubſidium.*

7 *Epiſcopus poteſt eſſe Iudex, quãdo ea cauſa non eſt perſona.ſed eccleſiæ, poteſt tamen recuſari in tali caſu.*

8 *Epiſcopus non poteſt eſſe iudex vbi agitur de fructibus bonorũ menſæ Epiſcopalis, ſed in huiuſmodi cauſis Vicarius Epiſcopi erit iudex competens.*

9 *Quid ſi Vicarius Epiſcopi recuſetur.*

CAP. X.

An Epiſcopus poſſit eſſe Iudex in re ſua, vel Eccleſiæ.

1 DIco 1. quod Epiſcopus non poteſt eſſe iudex, vbi agitur de ipſius bonis patrimonialibus, aut temporalibus *l.vn.C. nè quis in ſua cauſ.Ant.de Butr.in capit. cum veniſſent ſub num. 9. & 10. de Iud. & ibi etiam Abb.num.9.*

Bar-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN